

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber septimus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

ante venturos, quam nostrum Saufejum, sed cum sine meis litteris ad te venire, vix rectum erat. tu mihi, ut polliceris, de Tulliola mea, id est de Dolabella, perferas; de Rep. quam praevideo in summis periculis; de

Censoribus, maximeque de signis, tabulis quid fiat? referaturne. Idibus Octob. has dedi litteras: quo die, ut scribis, Caesar Placentiam legiones quatuor, quae, quid nobis futurum est? In arce Athenis statio mea nunc placet.

1. In arce Athenis statio mea nunc placet. Et hunc quoque locum depravatum meliorum ope codicum, restituit Victorius; cum prius legeretur, *Multe scribas Athenis*. Bessarionis liber Manutio referent. *Multe scribas*: Cavalcanis; *In arce Athenis*. verbum quidem scribas, in neutro reperitur, ne in duobus quidem, quos habet ipsius amicitium; unde legendum conjicit, ut Victorius, ejusque emendationem

sibi vindicat: sic etiam plane scriptum in suis mss. asserit Lambinus, sed Ienius contra; uno consensu omnes mss. Palae. habere alit. *Multe scribas*, *Athenis statio nunc placet*: quod & ipsi probatur. Achilles Statius conjicit, *in arce*, sed non satisfacit Gulielmio, qui *ἀκρόπολιν* intelligi annotat, cujus & mentio apud Platonem libro 1. de Legibus.

M. TULLII CICERONIS  
EPISTOLARUM  
LIBER SEPTIMVS,  
AD  
ATTICUM.

CICERO ATTICO, S.

**D**EDERAM equidem L. Saufejo litteras, & dederam ad te unum, quod, cum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis litteris, ad te venire volebam. sed, ut philosophi ambulanti, has tibi reddiditum iti putabam prius. sin jam illas accepisti, scis me Athenas venisse prid. Idus Octobres; enavi egressum in Piræum tuas ab Acasto nostro litteras accepisse; conturbatum, quod cum febre Romam venisses; bono tamen animo esse cepisse, quod Acastus ea, quae vellem, de allevato corpore tuo nuntiaret; 1. cohorruiſſe autem me, quod tuz litteræ de legionibus Caesaris afferrent; & egisse tecum, ut videres, ne quid φιλοπρεΐου ejus, quem nosti, nobis noceret; de quo jam pridem ad te scripseram. Turannius autem secus tibi Brundisii dixerat; quod ex lis litteris cognovi, quas à Xenone, optimo viro accepi. Cur fratrem provinciae non praefecissem, exposui breviter. hæc ferè sunt in illa epistola. Nunc audi reliqua; per fortunas, omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere judico singularem, 2. confer jam ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. videre enim mihi videor tantam dimicationem, nisi idem Deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, respexerit Rempublicam; sed, tantam, quanta numquam

fuit. age, hoc malum mihi commune est cum omnibus, nihil tibi mando, ut de eo cogites. illud meum proprium *πρόβλημα*, quæso, suscipe. videsne, ut te auctore sim utrumque complexus? ac vellem à principio te audisſe amici simè monentem.

Α' κ' ἰμὸν ἔπειτα θυμὸν ἐν ἡγεσιν ἔπειθεις  
3 Πατρίδου.

Ted aliquando tamen persuasisti, ut alterum complecterer, quia de me erat *optimè meritis*; alterum, quia *tantum valebat*. feci igitur, 4 itaque feci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior. hæc enim cogitabamus; nec mihi, 5 conjuncto cum Pompejo, fore necesse peccare in Rep. aliquando; 6 nec, cum Casare sentienti, pugnam esse cum Pompejo; tanta erat illorum conjunctio, nunc impendat ut & tu ostendis, & ego video, summa inter eos contentio. me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter. nam Pompejus non dubitat (verè enim judicat) ea, quæ de Repub. nunc sentiat, mihi valde probari. utriusque autem accepi ejusmodi litteras eodem tempore, quo tuas; ut neuter quemquam omnium plaris facere, quam me, videretur. verum quid agam? non quæro illa ultima. (si enim castris res geretur, video cum altero *vincti* futurus esse, quam cum altero *vincto*) sed illa, quæ tum agentur, cum venero; ne ratio absentis habeatur, ut exercitum dimittat. DIC M. TULLII quid dicam? expecta, amabo te, dum Atticum conveniam, non est locus ad

1 Terigi-

1. *Cohorruiſſe autem me*. Particula hæc, me, abest à vulg. 2. *Confer jam*. Sic emendavit Lambinus, approbante Bosio cujus omnes mss. habent, *conferam*. Iunius vero ex m. l. Pal. in quo est *conferes*, cepo sicut *conferes*, priorēque lectiōnem rejicit. Vox illa, jam, deest in vulg. 3. *Πατρίδου*. Hæc est lectio Bosii, in cujus omnibus mss. post hunc versum: Α' κ' ἰμὸν ἔπειτα θυμὸν ἐν ἡγεσιν ἔπειθεις. nullum aliud Græcum verbum subjicitur præter vocem *πατρίδου*.

Victorius in postrema editione sua supplevit ex Homero quæ deesse videbantur, ut etiam Lambinus. Integer versus sic habet: *ὧς ἔδην γλυκίον ἢς πατρίδου, ἔδὲ τοκίων*, h. e. sed mihi nunquam persuasisti, patriā, quodquam illis tuā dulcius esse, &c. 4. *Itaque affeci*. Vulg. *aque affeci*. 5. *Conjuncto*. Vulg. *unite*. 6. *Nec cum Casare*. Ita Bosius; ex antiquiore suo; quod tamen sic prius ex conjectura emendaverat Malasp. assentiente Lambino.

1 Terigi-



tergiversandum. contra Casarem? ubi illz sunt dense dextere? nam ut illi hoc liceret, adjuvi, rogatus ab ipso Ravennz 2 de Coelio Tribuno pl. ab ipso autem? etiam à Cneo nostro, in illo divino terrio Consulari. 3 aliter sensero? 4 *αἰδέομαι* non Pompejam modò, sed *Τρώας, καὶ Τρωάδας*. Πυλὸν δὲ μὲν; πῶς ἂν ἐλεγχέσθαι καὶ ἴσως, quis? tu ipse scilicet, laudator & factorum & scriptorum meorum. hanc ego plagam effugi per duos superiores Marcellorum Consulatus, cum est actum de provincia Casaris. nunc incido in discrimen ipsum. itaque, ut *σπύλιος* primus suam sententiam dicat, mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid: extra urbem esse cum iustissima causa. tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. tidebis hoc loco fortasse, quam vellem etiam nunc in provincia morari! planè opus fuit, si hoc impendebat. etsi nil miserius, nam *ὁ δὲ πῆρερον*, volo te hoc scire: omnia illa prima, quæ etiam 6 tuis iuteris in coelum ferebas. 7 *ἐπιτιμῶ* fuerunt. QUAM NON est facilis virtus! quam verò difficultis ejus diuturna simulatio! cum enim hoc rectum & gloriosum putarem, ex annuo sumtu, qui mihi decretus esset, me C. Coelio *Quæstor* relinquere annum, referre in *παιarium* ad n. s. c. r. o; ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere; ut ego amicior inveniret *Phrygum & Cilicum* *Trasiis*; quàm nos. sed me non moverunt. nam & mea laus apud me plurimum valuit, nec tamen quicquam honorificè in quinquam fieri potuit quod prætermiserim. Sed hæc fuerit, ut ait *Thucydides*, *δὲ ἀκόλῃ λόγος* non inutilis. Tu autem de nostro statu cogitabis: primum quo artificio tueamur benivolentiam Casaris: deinde de ipso triumpho, quem video, nisi Reip tempora impediunt, 8 *εὐπρόσπῳ*, iudico autem cum ex litteris amicorum, tum ex supplicatione; quam 9 qui non decrevit, plus decrevit, quàm si omnes decreisset triumphos. ei porò assensus est, unus, familiaris meus, Favonius: 10 alter iratus, *Hirrus*. Cato autem & scribendo assuit, & ad me de sententia sua jucundissimas litteras misit, sed tamen gratulans mihi Casar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis; nec scribit, quid ille sententia dixerit, 11 sed tantum, supplicationem eum mihi non decrevisse. 12 Redeo ad *Arium*: cœperas eum mihi placere; perforce habes *Scrofam*, habes *Sillum*. ad eos ego etiam antea scripsi & ad ipsum *Hirrum*, locutus enim erat cum eis commodè, se potuisse impedire, sed noluisse: assensum tamen esse Catoni, amicissimo meo, quàm is ho-

norificentissimam in me sententiam dixisset; nec me ad se ullas litteras misisse, cum ad omnes mitterem. verum dicebat. ad eum enim solum, & ad *Craspedem* non scripseram. Atque hæc de rebus forensibus. redeamus domum. Dijungere me ab illo volo. mirus est *Φυργίτης*, Germanus *Lartidius*.

*Ἀλλὰ τὰ ἄλλα προσηχθῆναι ἰάσινδρ, ἀχρὺ μὲν οἱ πρ.*  
Reliqua expediamus, hoc primum, 14 quo accessit cura dolori meo, sed hoc tamen, quidquid est, præcianum cum iis rationibus, quas ille meas tractas, admisceri nolo. scripsi ad *Terentiam*, scripsi etiam ad ipsum, me, quidquid 15 possem nummorum, ad apparatus spectari triumphi ad te redacturum. 16 ista puto *ἀμεμπῆ* fore. verum ut lubebit. Hanc quoque suscipe curam, quem admodum experimur, id & ostendisti quibusdam litteris, 17 ex *Epito*, an *Athenis* datis? & in eo ego te adjuvabo.

CICERO ATTICO, S.

BRUNDISIUM venimus v. i. Kalend. Decemb. usi tua felicitate navigandi. ita belle nobis flavit ab *Epito* lenissimus 18 *Onchesmites*. hunc 19 *προϊδεία* *Ζοῦ*, si cui voles *τὰ νεώτερον*, pro tuo vendito. Invalitudo tua me valde conturbat. significant enim tua litteræ, te profus laborare ego autem, cum sciam, quàm sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere, & propemodum infringat: etsi alteram quartanam *Pamphilus* tuus mihi dixit decessisse, & alteram leviozem accedere. *Terentia* verò, quæ quidem eodem tempore ad portam *Brundisiam* venit, quo ego in portum, mihi quæ obvia in foro fuit, *L. Pontium* sibi in *Trebulano* dixisse narrabat, etiam eam decessisse. 20 quòd si ita est, est quod maximè me hercule opto, 21 idque spero tua prudentia & temperantia te consecutum. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia jucundiozem, quæ quidem erant tua manu. nam 22 *Alexidis* animum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ: manum non amabam, quòd indicabat te non valere. cuius quoniam mentio facta est; *Tironem* Patris *ægrum* reliqui, adolescentem, ut nosti, (& adde, siquid vis) probum: nihil vidi melius. itaque careo ægrè. quamquam videbatur se non graviter habere, tamen sum sollicitus, maximamque spem habeo in 23 *M. Curii* diligentia, de qua ad me scripsit *Tyro*, & multi nuntiarunt. Curius

1. Tergiversandum contra Casarem? Sic interpunctio Bostius, vulgò *tergiversandum contra Casarem*.  
2. De Cal. v. i. b. s. i. b. i. s. Lambinus, partim ex mss. partim ex conjectura, sed non inveniendi plerique.  
3. Aitōi iustitē? Nota interrog. abest à vulg.  
4. A. idē me, &c. Vereor Trojanos & Trojanas. Polydamas plurimum probum objicit.  
5. Ἐπιτιμῶ primus suam sententiam dicat? Lamb. hoc totum, ut *scilicet* *scilicet* *scilicet*. non potest esse Ciceronis quod tamen assensit iustit.  
6. Tui litteris? Vulg. tu litteris.  
7. Εὐπρόσπῳ. Fluxa, non diuturna quæ facile extinguuntur.  
8. Εὐκόλῃ λόγος? Egredis orationis.  
9. Quis non decrevit, plus decrevit, quàm si omnes decreisset triumphos? Tamen ex *Phobus* mss. Pal. legit, qui non decrevit, quæb. contra triumphos *ἀπονομή*. Alteram quidem non improbas, sed tamen secundum hanc lectionem iudicet.  
10. *Altitius* *Hirrus*? Sic emendavit *Victorius*, prius legebatur *Hirrus*.  
11. Sed tantum supplicationem? Vulgata lectio, sed tamen potior videtur *Lambino*.  
12. *Hirrus* ad *Arium*? Vulg. *Hirrus*.  
13. *Φυργίτης*? Conturbator.  
14. *Φυργίτης*? Ad hanc *Malasp.* conjecturam, *Lambinus* addidit,

15. ut legatur in quo a. Priorem *Iunius*, auctoritate omnium mss. *Palat.* confirmat.  
16. *Ἰσα πρὸ ἀμεμπῆ*? Vulg. *ἴσα πρὸ ἀμεμπῆ*.  
17. *Ἰσα πρὸ ἀμεμπῆ*? Sic restituit *Bostius* ex *Decurato* & *Cruell.* vulg. *Ex Epito* & *Athenis* datis.  
18. *Onchesmites*? Latino Latine hæc restitutio debetur, qui locum unius litteræ mutatione illustravit, cum prius non modò formis impressis, sed etiam omnibus mss. *Ambrosius* *mihi*, duobus vocabulis haberent, teste *Victorio* qui emendum curaverat, *Auster* *mihi*, 1. c. c. mendo non carere fateatur. Priori autem lectioni, non modò ipsi *Victorius*, sed etiam *Manutius*, *Bostius*, *Lambinus* & *Innius* *in*str. gantur. *Turnebus* lib. xx. c. 16. fecerat olim ex vulgata, *Aeschelus*; qui adeatur.  
19. *προϊδεία* *Ζοῦ*? *Quintili* sede spondeum habentem.  
20. *Quod si ita est, est*? In vulg. ultima dictio, *est*, non legitur.  
21. *Idque spero*? Vulg. *id spero*.  
22. *Alexidis* animum amabam? Sic interpunctio *Malsp.* ex vett. codd. eumque sequuntur *Lambinus*, auctoritate *Torn.* & *Mem.* codd. *Vocabulum manum*, quod subsequitur, abundantè pu. at *Manutius*, vulgò sic legebatur, *Alexidis* animum amabam, quòd tam prope accedebat ad similitudinem tuæ litteræ manum uti amabam. consulatur *Victorius* lib. xviii. var. lect. cap. 10.  
23. *Vellus* si *in*str.? *Decurtatus* & codd. *Malasp.* *Quam in vellus si à me dilige.* *Deell.* *si* in vulg.







raffi? quin nunc ipsi non dubitabo rem tantam abjicere, si id rectius, utrumque verò simul agi non potest, & de triumpho ambizioso, & de Rep. liberè. sed ne dubitaris, quin, **QUOD NON EST RIVS**, id mihi futurum sit antiquius. Nam quod putas unius esse vel mihi, quòd tutius sit, vel etiam ut Reip. professe possim, me esse cum imperio; id coram considerabimus quale sit. habet enim res deliberationem; et si ex parte magna tibi assentio. De animo autem meo erga Remp. bene facis, quòd non dubitas, & illud probè judicas, nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusionem illum in me liberalem fuisse: ejusque rei causam verè explicas; & eis, quæ de Fabio, Caninioque acta scribis, valde consentiunt: quæ si fecisset, totumque se ille in me profundisset; tamen illa, quam scribis, custos urbis me præclarè inscriptionis memorem esse cogeret; nec mihi concederet, ut imitaret Volucarium, aut Servium, quibus tu es contentus; sed aliquid nos vellet nobis dignum & sentire & defendere. quod quidem agerem, si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. de sua potentia dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis. nam, si Resp. defenditur; cur ea, Consule ipso, defensa non est? cur ego, in cuius causa Reip. salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi, aut cur illo modo prorogatum est? cur tantopere pugnatum est, ut de ejus absentis ratione habenda decem Trib. pl. ferret? his ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno civi res ad resistendum sit: qui mallem, tantas ei vires non dedisset. quàm nunc tam valenti resisteret. sed quoniam res eò deducta est, non quæram, ut scribis **τὸ πρῶτον** unum erit, quod à Pompejo gubernabitur. illud ipsum, quod ais, quid fiet, cum erit dictum? **DIU M. TVLLI** **ΠΡΩΤΗΡΑ**. **CN. 3. POMPEIO ASSENTIO**, ipsum tamen Pompejum separatim ad concordiam hortabor, sic enim sentio: maximo in periculo rem esse, vos scilicet plura, qui in urbe estis, verum tamen hoc video, cum homine audacissimo, paratissimoque negotium esse; omnis damnatos, omnis ignominia affectos, omnis damnatione, ignominiaque dignos 4. illac facere, omnem ferè juventutem, omnem illam urbanam, ac perditam plebem, Tribunos valentes, addito; Cassio, omnis, qui xre alieno prementur; quos plures esse intelligo, quàm putaram causam solam illa causa non habet; ceteris rebus abundat 5. hic omnia facere omnes, ne armis decernatur; quorum exitus semper incerti, 7. nunc verò in alteram partem magis timendi. Bibulus de provincia decessit, Vejentonem præfecit. in decedendo erit, ut audio, tardior: quem cum ornavit Cato, declaravit; 8. ut se solis nunc invidere, quibus nihil,

aut non multum ad dignitatem posset accedere. Nunc venio ad privata. ferè enim respondi tuis litteris de Republica, & iis, quas in suburbano, & iis, quas postea scripsisti, ad privata veni. Unum etiam de Cœlio, tantum abest, ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quòd de sua sententia decesserit, poenitendum putem, quid quid est, 9. quòd ei vici Luceji sint additi? hoc te prætermisisse miror. De Philotimo, faciam equidem, ut mones. sed ego 10. mihi ab illo, hoc tempore, non rationes expectabam, quas tibi edidit, verum id reliquum, quod ipse in Tusciano me referre in commentarium mea manu voluit, quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. id si præstaret, quantum mihi æris alieni esse ibi edidit, tantum, & plus etiam ipse mihi deberet. sed in hoc genere, si modò per Remp. licbit, non accusabimur posthac: neque hercule antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati, ergo utemur, ut polliceris, & opera & consilio tuo; nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. De sepefractis cohortis meæ, nihil est, quòd doleas. ipsi enim se collegerunt 11. admittatione vitæ integritate mea. sed me moverat nemo magis, quàm is, quem tu neminem putas, idem & initio fuerat, & nunc est egregius. sed in ipsa decessione significavit, sperasse se aliquid; & id quòd animum induxerat paullisper, non tenuit: sed citò ad se rediit; meique honorificentissimis erga se officiis victus, pluris ea duxit, 12. quàm omnem pecuniam. Ego à Curio tabulas accepi, quas metum porto. Hortensii legata cognovi, nunc haveo scire, quid hominis sit, & quarum rerum auctionem instituat, nescio enim, cur, cum portam Flumentanam Cælius occupavit, ego Puteolos non meos faciam. Venio ad Piræa, in quo magis reprehendus sum, quòd homo Romanus Piræa scripserim; non Piræum, (sic enim omnes nostri locuti sunt) quàm quòd in addiderim. non enim hoc ut oppido præposui, sed ut loco: & tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, & Nicias Cous 13. non rebatur, oppidum esse Piræa. 14. sed de re video, nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quòd, non ut de oppido, locutus sum, sed ut de loco; secutusque sum, non dico Cæciliam, *Mane ut ex portu in Piræum*, (malus enim auctor latinitatis est) sed Terentium, cujus fabellæ, propter elegantiam sermonis, putabantur à C. Lælio scribiti: *Hæc aliquot adolescentuli coimus in Piræum*, & idem, *Mercator hoc addebat, captam à Sunio*. quòd si *ἀπὸ πύργου* oppida volumus esse; tam est oppidum Sunium, quàm Piræus. sed, quoniam grammaticus es, si hoc mihi *ἐπιπύργου* perfolveris, magna me molestia liberaris. Ille mihi litteras blandas mittit, facit idem pro eo Balbus, mihi certum est, ab

LII

hanc-

1. Ut nunc in uno civi res ad resistendum sit: qui mallem, tantas ei vires non dedisset. Bofex conjectas in, mutavit in, ut; transpositis litteris; alioquin est antiqua scripturaquam & Malasp. in suis libris omnibus antiquis reperiri testatur Lambinusque in Mem. & in Tornæi exhibitæ confirmatque tam antiquam & vulgatam, quæ ita se habet, ut nunc in uno civi res ad resistendum indubi illa sit, quæ mallem, etc. à mendo potius esse negat; hæcque scribit: Ut nunc in uno civi res ad resistendum sit, Malasp. & Bofeo assentitur Iunius ex omnibus mss. Palat.

2. Τὸ πρῶτον. Vbi navigationem Attidarum.

3. Pompeio assentio. Vulg. assensio.

4. Ilii sacre. Iunius ex mss. Pal. illuc sacre.

5. C. Cassio. Vulg. C. Cassio. Manutius Q. Cassio legendum opinatur.

6. Ut omnia facere omnes, ne armis decernatur. Aliter legit Lambinus, Ut omnia facere omnes ne armis dec. vulg. Ut omnia facere omnes debet, etc. Testatur autem idem Lambinus hæc vocem, debet, abesse ab omnibus mss. Iunius verò veterem lectionem sequutus, Ut omnia facere omnes, etc.

7. Non verò. Vulg. nunc etiam verò.

8. Ut scilicet non invidere. Nunc pro non restituit Bofius, Lambinus mss. omnes negationem habere dicit, cum tamen omnino communis omnium doctorum consensus postulet ut deleatur.

9. Quod ei vici Luceji sint additi? Partim ex veteri suo, partim etiam aliquantum ex conjectura sic calligavit Victorius: prius lege-

batur, quod vici Luceji sint additi. priorem lectionem, omnibus litteris plane scriptis, retinet cod. Tornæi. referente Lambino. Beffariensis liber Iunius Luceji sint additi. Vulgatam lectionem retinet Manutius, si pro Luceji reponatur Lucilla. Iunius veteris scripturæ vestigia & historiarum fidem sequutus sic edidit, Quod ei vici Luceji sint additi, restitutum unum mss. Palat. cum Tornæi, quod ei vici Luceji sint additi, restitutum, quod vici Luceji, etc. alium verò, quod vici Luceji sint additi, habere. Vnde totidem litterarum doctus restituit, quod ei Lucilla, vel (si cui magis placet, restituit sint additi, quem vide.

9. Mihi ab illo hoc tempore. In nullo formis excuso, antea repertæ esse hæc duas voces; hoc tempore, asserit Bofius; quas ex Tornæi. & Cruvellæ, acceptas in solum exemplar reulit; ac etiamnum abest, hæc, à vulgatis.

10. Admirationis vitæ. Non esse huic dictioni, vitæ, locum, & indicasse sententiam & antiquum Beffar. librum asserit Manutius; itaque delendam censet.

11. Quam omnino præstitem. Libri aliquot veteres & in his Tornæi, referente Lambino habentis quàm ego à Curio defunt autem hæc verba, omnem pecuniam.

12. Non rebatur oppidum esse Piræa. Ita restituit ex antiquiore suo Victorius, vulgata lectio erat, Nunc rebatur oppidum esse Piræa; quam fallam & absurdam esse contendit.

13. Sed de re video. Vulg. sed de re video.



honestissima sententia digitorum nusquam, sed scis illi reliquam quantum sit, putasne igitur verendum esse, ne aut obiciat id nobis aliquis, si languidius; aut repetat, si fortius? quid ad hæc reperis? solvamus, inquis, aegre Cælio mutabimur, hoc tu tamen consideres velim, puto enim, in Senatu si quando præclare pro Rep. dixerit, Tartessum istum tuum et mihi exeunti, jube sodes 2. nummos curare. Quid superest? etiam, 3. gener est suavis mihi, Tullii, Terentia; quantumvis vel ingenii, vel humanitatis: satis reliqua, quæ nos illi ferenda, scis enim quos 4. aperuerimus: qui omnes, præter eum, de quo per te egimus, 5. rem me facere rentur. 6. ipsis enim expensum nemo ferret. Sed hæc coram: nam multi sermonis sunt, Tironis reficiendi spes est in M. Curio: cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum, Dat. v. id. Decemb. à Pontio ex Trebulano.

CICERO ATTICO, S.

**D**IONYSIVM, flagrantem desiderio tui, misi ad te, nec mehercule æquo animo, sed fuit concedendum: quem quidem cognovi cum doctum, quod mihi jam ante erat notum, 7. tum sanctum, plenum officii, studiosum etiam meæ laudis, frugi hominem, ac, ne *liberinum* laudare videar, planè virum bonum. Pompejum vidi III. id. Decembres: fuimus unà horas duas fortasse, magna lætitia mihi visus est affici meo adventu: de triumpho hortari, suscipere partem suas; monere, ne ante in Senatum accederem, quam rem confecissem; ne dicendis sententiis, aliquem Tribunum alienarem, quid quaris? 8. in hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixius, de Rep. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus, nihil ad spem concordia: planè illum ab se alienatum, eum ante intelligeret, tum verò proximè judicasse: 9. venisse Hirtium à Cæsare, qui esset illi familiarissimus; ad se non accessisse; & cum ille A. D. VII. Idus Decemb. vesperi venisset, Balbus de tota re constituisset A. D. VII. ad Scipionem ante lucem venire; multa de nocte 10. eum profectum esse ad Cæsarem, hoc illi *περὶ τῆς ἀπορίας* videbatur esse alienationis, quid multa? nihil me aliud consolat, nisi quod illum, cui etiam inimici alterum Consulatum, fortuna summam potentiam et dederat, non arbitror fore tam amentem, ut hæc in discrimen adducat, quod si ruere cœperit; nã ego multa timeo; quæ non audeo scribere, sed, ut nunc est, A. D. III. Nonas Jan. ad urbem cogito.

CICERO ATTICO, S.

**M**ULTAS uno tempore accepi epistolas tuas, quæ mihi, quamquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me veniebant, tamen erant jucundæ. studium enim & benivolentiam declarabant. Invalitudine tua moveor; & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi asserre majorem sentio. date igitur operam, ut valeatis. De Tiro-

ne, video tibi curæ esse; quem quidem ego, et est mirabileis utilitates mihi præbet, cum valet in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem, & modestiam malo saluum, quam propter usum meum. Philogenes mecum nihil unquam in de Luscieno locutus est: de ceteris rebus habes Dionysium, Sororem tuam non venisse in Arcanum miror. De Chrysippo, meum consilium probari tibi, non molestè foreo. Ego in Tusculanum nihili sanè hoc tempore, devium est: *τοῖς ἀμαρτυροῖς*, & habet alia 14 *δύσχηστα*, sed de Formiano Tarracin pridie Kal. Jan. inde 15. kontinam summam inde Albanum Pompeji: ita ad urbem III. Nonas natalis meo. De Rep. quotidie magis timeo, non enim boni, sicut putant, consentiunt, quos ego Equites Rom, quos Senatores vidi, qui acerrimè cum cetera, tum hoc iter Pompeji vituperarent: pace opus est, ex victoria cum multa malis, tum certè tyrannis existit, sed hæc propediem coram, jam planè mihi deest, 17. quod ad te scribam, nec enim de Re, quod uterque nostrum scit eadem: 18. & domestica nota sunt ambobus, reliquum est jocari, si hic sinat, nam ego istum, qui illi concedi, putem utilius esse quod postulat, quam signa conferti. 19. *ἐξ ἑορτῆς* resistimus ei, quem per annos decem alimus contra nos, quid sentis igitur? inquis, nihil scilicet, nisi de sententia tua; nec prius quidem, quam nostrum negotium aut confecerimus, aut deposerimus. Cura igitur, ut valeas, aliquando *δοῦναι* quartanam istam diligentia, quæ in te summa est.

CICERO ATTICO, S.

**P**LANE deest quod ad te scribam; nota omnia tibi sunt: nec ipse habeo, à te quid expectem, tantum igitur nostrum illud solemne servemus, ut ne quem istuc euntem sine litteris dimittamus. De Rep. valde timeo: nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Casari, quod postulare, potius, quam depugnandum. 19. est illa quidem postulatio, opinione valentior, cur autem nunc primum ei resistamus? 20. *ἢ ἂν τὸ ἐπιπέδον ἐπὶ τῆς γῆς*, quam cum quinquenniū prorogabamus; aut cum, ut absentes ratio haberetur, ferebamus, nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus, dices, quid tu igitur sensurus es? non idem quod dicturus, sentiam enim omnia facienda, ne armis deceretur: dicam 21. idem, quod Pompejus; neque id faciam humili animo, sed rursus hoc permagnum Reip. malum est: 22. at quodam modo mihi præter ceteros non rectum, me in tantis rebus à pompejo dissidere.

CICERO ATTICO, S.

**D**IONYSIVS, VIR OPTIMVS, VT MIHI QUOQUE EST 7. PERSPECTVS, ET DOCTISSIMVS, TVIQVE AMANTISSIMVS, ROMAM VENIT XV. KAL. JAN. ET LITTERAS A TE MIHI REDDIDIT: TOT ENIM VERBA SUNT DE DIONYSIO IN EPISTOLA TUA. 23. Illud putatu non adscribis; 24.

TIBI

1. *Mihi exeunti.* Prius legebatur mihi exeunti urbi, quam postremam dicitur onem delevit Victorius, ut quæ non esset in mss. & hujus loci sententiam corrumpere.  
 2. *Nummos curare.* Vulg. curari.  
 3. *Gener est suavis mihi, Tullia, Terentia: quantumvis vel ingenii, vel humanitatis: satis.* Sic interpungendum asserit Bofius, vulg. *Gener est suavis mihi; Tullia Terentia, quantumvis vel ingenii, vel humanitatis satis.*  
 4. *Aperuerimus.* Vulg. aperuerimus.  
 5. *Rem me facere rentur.* Ut erat in Scidis edidit Bofius. Junius vero, rem me facere rentur.  
 6. *Ipsi enim expensum.* Absent à vulgaris enim.  
 7. *Tum sanctum plenum officii.* Manutius sic mallet legi. Tum sanctum plenum officii.  
 8. *In hoc officio sermonis.* Vulg. in hoc iudicio & officii sermonis.  
 9. *Venisse Hirtium.* Scripti libri teste Manutio venisse, non vuisse.  
 10. *Eum profectum.* Vox, eum deest in vulg.  
 11. *Diderat.* Vulgò dederat.  
 12. *Est mirabilis utilitates mihi præbet.* Sic Victorius unà cum mss. eod. legi, vulg. Est mirabilis utilitatis fructum mihi præbet.  
 13. *De Luscieno.* Victorius ait antiquos libros nihil à vulgaribus differre, qui habent *Largenis*: mendam tamen inesse putat. Viri qui-

dam non inerediti ipsomet referente legunt, De ejus ingenio. Manutius mavult *Tulcentis* ex antiquis lapidibus.  
 14. *Δύσχηστα.* Incommoda.  
 15. *Pontinam summam.* Bof. ex Decurtato. Manutius Pontinum legit; summam, ut erat in vulg. abundare credit. eod. Tornæi teste Lambino habet *Pontinum summam*, unde docti quidam legendum putant, *etiam*. Junius *Pontinam summam*.  
 16. *Ut putat.* Vulgò ut putari.  
 17. *Quod ad te.* Vulg. Quod ad te.  
 18. *Et domestica.* Absent à vulgaris part. Et.  
 19. *Est illa quidem postulatio.* Vulg. Est illa quidem impudens postulatio.  
 20. *Οὐ ἢ ἂν.* Neque enim hoc majus est malum.  
 21. *Idem quod Pompejus.* Vulg. Pompejus.  
 22. *A quodammodo.* Vulg. & quodammodo.  
 23. *Illud putatu non adscribis.* Vulgati libri, illud putatu quod profusus adulterium asserit Bofius, cujus loco in Tornæi. & Crusellino legitur, putatu; unde Bof. pro putatu, putatu. Putatu ex antiquo Bessariano libro, pro *privatus*, quod erat in impressis omnibus libris rectè responsisse dicit Man. Lamb. *Illud putatu tu non adscribis* Junius vero, *illud putatu non ad.* ex optimis mss. Pal. legendam cenet. 1. Atqui



VITI GRATIAS EGIT: atqui certe ille agere debuit: & si esset factum, quæ tua est humanitas, adscripsisses. mihi autem nulla de eo παλινοδία datur propter superioris epistolæ testimonium. sit igitur sanè bonus vir. hoc enim ipsum bene fecit, quòd mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit. Philogenes rectè ad te scripsit. curavit enim, quod debuit. cum ego uti ea pecunia volui, quoad liceret. itaque usus est menses XIII. 2. Pomptinum cupio valere: & quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit. nam id nisi gravi de causa non fecisset. Ego quoniam III. Nonas Januar. Compitalicius dies est, volo eo die in Albanum venire, 3. ne molestus sim familiæ. 4. veniam III. Nonas igitur inde ad urbem pridie Nonas. 5. Tua 6. ληΐς quem in diem incurrat, nescio: sed prorsus te commoveri incommodo validitudo tua nolo. De honore nostro, nisi quid occultè Cæsar per suos Tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc æqui boni facit: & eò magis, quòd iam à multis audio constitutum esse Pompejo & ejus consilio, in Siciliam me mittere, quòd imperium habeam. id est Αδελφικῶς. 6. nec enim Senatus decrevit, nec populus iussit, me imperium in Sicilia habere. sin hoc Resp. ad Pompejum refert; qui me magis, quam privatam aliquem. 7. mittat? itaque, si hoc imperium mihi molestum erit; utar ea porta, 8. quam primùm videro. Nam quòd scribis, mirificam expectationem esse mei, neque tamen quemquam bonorum, aut satis bonorum dubitare, quid sensurus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo: ipse nullos novi: sed ita, si ordines bonorum quarimus, eam singulariter sunt boni viri. verùm in dissensionibus ordinis bonorum & genera querenda sunt. Senatus bonum putas, per quem sine imperio provinciæ sunt? numquam enim Cæsar sustinisset, si cum eo agi coeptum esset: quam sententiam Senatus sequi noluit: ex quo factum est, ut Cæsari non succederetur: an Publicanos? qui numquam firmi: sed nunc Cæsari sunt amicissimi: an foeneratores? an agricolæ? quibus optatissimum est otium; nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id numquam, dum modo conspicerent, 10. recularunt: quid ergo? exercitum retinent: cum legis dies transierit, rationem haberi placet? mihi verò ne absentis quidem. sed, cum id datum est, illud una datum est. 12. annorum enim decem imperium: 13. & ita latum placet? placet igitur etiam me expulsus, & agrum Campanum peritisse, & adoptatum patricium à plebeio, Gaditanum à Mitylenæo: & Labieni divitiæ, & Maenius placet, & Balbi horti & Tusculanum sed horum omnium fons unus est: ΜΒΕΙΛΛΟ RESISTENDVM FVIT: & id erat facile. nunc legiones XI. equitatus tantus, quantum valet; Transpadani, plebes urbana, tot Tribuni pleb. tam perdata juvenus, tanta auctoritate dux, tanta audacia: cum hoc aut depugnandum est, aut habenda è lege ratio: depugna, inquis, potius, quam servias: ut quid? si victus es, profcribare? si viceris, tamen servias? quid ergo, in-

quis, acturus es? idem quod pecudes, quæ dispulsa sui generis sequuntur greges. vt 20 s. armenta, sic ego bonos viros: aut eos, quicumque dicuntur boni, sequar etiam si ruent. quid si optimum malè contractis rebus, planè video. nemini est enim exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit: at illud omnibus, si boni victi sunt, nec in eade principum clementiorem hunc fore, quam Ciua fuerit, nec moderatiorem, quam Sulla, in pecuniis locupletium. 14. ἐμπολιτοδόμενοι jamdudum: & facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad summam, DIC M. TVLLI. 15. assentior Cn. Pompejo, id est T. Pomponio. Alexim, humanissimum puerum, nisi fortè, dum ego absum, adolescens factus est, (id enim agere videbatur) salvere jubeas velim.

CICERO ATTICO, S.

QUID opus est de Dionysio tam valde affirmare? 16. an mihi minutus tuus non faceret fidem? suspicionem autem eo mihi majorem tua taciturnitas attulerat, quòd & tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis? & illum aliter cum aliis de nobis locutum audiebam. sed prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. Diem tuum ego quoq; ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi nota veram; & animadverteram, posse, pro re nata, te non incommodè ad me in Albanum venire III. Nonas Januar. sed amabo te, nihil incommodo validitudo feceris. quid enim est tantum in uno, aut altero die? Dolabellam video Livix testamento cum duobus coheredibus esse in trientes; sed juberi mutare nomen. est 16. πολιτικῶν σέλιμμο, restumne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. sed id φιλοσφάπειρον διδοκασήσασθαι, cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente. Quòd putasti fore, ut ante quam istuc venirem, Pompejum viderem, factum est ita. nam VI. KAL. 17. ad L. Aventum me consecutus est, unà Formias venimus, & ab hora octava ad vesperum secretò collocati sumus. Quod quæris, equus spes pacificationis sit: quantum ex Pompeji multo & accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. sic enim existimat, si ille, vel dimisso exercitu, Consul factus sit, σύγχρησις τῆ πολιτείας fore. atque etiam putat eum, eum audient, contra se diligenter parari, Consulatum hoc anno neglecturum, ac potius exercitum provinciamque retenturum. sin autem ille foret; vehementer hominem contemnebat, & suis & Reip. copiis confidebat. quid quæris? 18. etsi mihi crebrò ξυῶδες ἐνυάλισθαι occurrebat; tamen levabar cura, virum fortem & peritum, & plurimum auctoritate valentem audiens, πολιτικῶς de pauci simul in periculis dissonem. habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam X. KAL. Januar. in qua erat accusatio Pompeji usque à toga pura, querela de damnatis terror armorum: in quibus ille, QUID CENSERS. agebat, facturum esse ipsum, si in possessionem Reip. venerit, cum hæc Quæstor ejus, infirmus & inops, audeat dicere? quid multa?

1. Anqui certe ille.] Manutius opinatur certe glossa fuisse.

2. Pomptinum.] vulg. Pomptinum.

3. Ne molestus sim familiæ.] Edicio vulgata quam Victorianam Bosius appellat, neque particulam, ne, neque verbum sim, habet, quod utrumque tamen legitur in Tornæsi. & Cusulinis.

4. Veniam III. Nonas igitur.] Vulg. sic habet Veniam III. Non. Lan. 17. 18.

5. Tua ληΐς.] Ex antiquiore suo sic restituit Victor prius; tua ληΐς legebat.

6. Αδελφικῶς.] Corruptio sc. quærens imperus.

7. Ne enim veniat.] Absè à vulg. enim.

8. Mittat.] Vulgò mittat. codd. Tornæsi. Lambino teste, mittit.

9. Quam primùm.] Vulg. quam primùm videri.

10. Quod scribis sim.] Tornæsi. cod. quid scribitur sim.

11. Reculerant.] Vulg. recusarant.

12. Legi dicit.] Vulgò legi dicit.

13. Annuum enim.] Hæc vox, enim, absè à vulg.

14. Et ita latum placet.] Ab hac dictione placet? usque ad; Tusculanum, singula membra interrogatione interpunguntur in vulgata editione.

15. Plebes urbana.] Vulg. plebs urbana.

16. Εμπολιτοδόμενοι.] Tecum ago de Rep.

17. Assentior Cn. Pompejo.] Vulg. assentior.

18. An mihi crebrò ξυῶδες ἐνυάλισθαι.] Codex Tornæsi. & nonnulli ex Membr. referente Lambino, habent, An mihi crebrò ξυῶδες ἐνυάλισθαι.

19. Πολιτῶν.] Consideratio ad Remp. pert. nens.

20. Ad L. Aventum.] Sic restituit Bosius; sed hæc habebant, Lævernum. Bessationis liber Lævernum, vulg. Lævernum. Iunius lectionem Bosii improbat, legitur Lævernum, ut est in vulgata editione.

21. Εἰς mihi crebrò ξυῶδες ἐνυάλισθαι.] Communis Mars. Hæc duo Græca vocabula ex antiquiore suo restituit Victorius, prius legebatur ἔπι ἡδὲ μὲν.



multa? non modò non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est. 1 ex illa autem sententia 2 ἰνυγῆ relin- quendæ urbis movet hominem, ut puto, mihi autem mole- tissimum est, quòd solvendi sunt nummi Cæsari, & instrumentum triumphi eò conferendum est enim 3 ἀμφοῖν, ἀνπολιτδορῶν προεφελίτων esse. Sed hæc, & multa alia coram.

CICERO ATTICO, S.

9 **Q**UOTIDIE ne, inquis, à te accipiendæ litteræ sunt? si habeo, cui dem, quotidie. at jam ipse ades. tum igitur, cum venero, desinam. Unas video mihi à te non esse redditas; quas L. Quintius, familiaris meus, cum ferret, ad bustum Basilii vulneratus & despoliatus est. videbis igitur, numquid fuerit in his, quòd me scire opus sit: & simul tu hoc διδουκρηνός τις πρόσληψε, sanè πολιτῶν: cum sit necesse, aut haberi Cæsaris rationem, illo exerci- tum vel per Senatum, vel per Tribunos pleb. obtinente, aut persuaderi Cæsari, ut tradat provinciam, atque exerci- tum, & ita Consul fiat; aut, si id non persuadetur, haberi cõmitia sine illius ratione, illo patiente, atque obtinente provinciam; aut, si per Tribunos pleb. non patiarur, tamen quietat, rem adduci ad interregnum; aut, si ob eam causam, quòd ratio ejus non habeatur, exercitum addu- cat, armis cum eo contendere; illum autem initium face- re armorum aut statim nobis minis paratis, aut tum, cum cõmitiis, amicis ejus postulantis, ut è lege ratio habeatur, impetratum non sit: ire autem ad arma, aut hæc unam ob causam, quòd ratio non habeatur; aut addita cau- sa, si fortè Tribunos pleb. Senatum impediens, aut popu- lum incitans, notatus, aut Senatus consulo circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicensve se expulsum, ad illum confugerit: suscepto autem bello, aut tenenda sit urbs, aut ea relicta, 5 ille commentu, & reliquis copiis intercludendus; quòd horum majorum, quorum aliquod certè subeundum est, minimum putes. dices profectò, per- suaderi illi, ut tradat exercitum, & ita Consul fiat. est omnino id ejusmodi, ut, si ille eò descendat, contra dici nihil possit: idque cum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. nobis autem, ut quidam putant, nihil est timendum magis, quàm ille Consul. at sic malo, inquires, quàm cum exercitu. certè, 6 sed istuc ipsum, (sic ò magnum) malum putes aliquis: neque ei remedium est ullum. cedendum est, si id volet. vi- de Consulem illum iterum, quem vidisti Consulatu prio-

re. at tum imbecillus plus, inquis, valuit, quàm tota Respo- quid nunc putas? & eo Consule, Pompejo certum est esse in Hispania. 8 rem miseram! si quidem id ipsum deterrim- mum est, quòd recusari non potest; & quòd ille si faciat, iam jam à bonis omnibus summam inecat gratiam. Tolla- mus igitur hoc, quòd illum posse adduci negant. de reliquis quid est deterrimum? concedere illi, quòd, ut idem dicit, impudentissimè postulat, nam quid impudentius? tenuidi provinciam per decem annos, non tibi à Senatu, sed à te ipso per vim, & per factionem datos. 7 præterit tempus, non legis, sed libidinis tua: fac tamen, legis, ut succeda- tur, decernitur: impedis; & ais, habe mei rationem. habe tu nostrum. exercitum habes diutius, quàm populus iussit, invito Senatu? Depugnes oportet, nisi concedis, cum bona quidem spe, ut ait idem, vel vincendi, vel in libertate mori- endi. iam si pugnandum est; quo tempore, in casu; quo consilio, in temporibus situm est. itaque te in ea questione non exerceo. ad ea, quæ dixi, affer, si quid habes. equidem dies, noctesque torqueor.

CICERO ATTICO, S.

**S**UBITO consilium cepi, ut ante quàm lucret, exirem; 10 ne qui conspectus fieret, aut sermo; licetioribus præfer- rim laureatis, de reliquo, neque hercule, quid agam, nec, quid àcturus sim, scio: ita sum perturbatus temeritate no- stri amentissimi consilii. tibi verò quid suadeam, cujus ipse consilium expecto? Cnæus noster quid consilii ceperit, capiatve, nescio, 8 adhuc in oppidis coarctatus, & stupens. omnes, si in Italia consistat, erimus unà: sin cedes, consi- lio res est. adhuc certè, nisi ego insanio, 9 stultè omnia & incautè. Tu quoque, crebrò ad me scribe, vel quod in buc- cam venerit.

CICERO ATTICO, S.

**Q**UAS O, quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim: 11 tenebræ sunt. Cingulum, inquis, nos tenemus: 10 An- conem amissimus. Labienus discessit ab Cæsare: utram de imperatore populi Romani, an de Hannibale loquimur? hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem umquam 11 καλῆς viderit: atque hæc ait omnia facetele dignitatis causa: 11 est autem dignitas, 11 nisi ubi hon- estas? nisi, honestum igitur, habere exercitum nullo pu- blico consilio? occupare urbes civium, quo facilior sit ad- itus ad patriam? 12 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

1. Et illa autem sententia [ἰνυγῆ relinquenda urbis]. Græcum hoc voca- bulum valde deformatum in antiquis libris, restituit Bostius. alii habebant, nisi alii. Decuratus, INX, unde conjecit legendum ἰνυγῆ. Victorius secundum vulgatam lectionem ediderat, Ex illa autem sen- tentia ita relinquenda urbis. Antiquior ipsius codex habebat in, pro ita. Vtrumque tamen depravatum fuerit, ut etiam Manutius Ca- valcantis enim exemplar pro, ita, habet ut u. Bessarionis autem, in- fra, alii duo, ita; minimum tamen ei displicet, ita. Iunius; Ex illa au- tem sententia ita relinquenda urbi movet hominem. Lambinus Octavi- Pantagathi conjectura probata, sic edendum curavit, ita mea sententia ita relinquenda urbis.

2. ἰνυγῆ) Illecebra, desiderium, pellacia.

3. ἀμφοῖν) Deforme & turpe est, ejus, qui contrariè sit in Rep. factionis, debitorem esse.

4. Quotidie, inquis.) Hanc epistolam cum superiore conjunxit Victorius.

5. Ille commentu.) Vult ille à commentu.

6. sed istuc ipsum sic ò magnum malum putes aliquis.) Aliter distinguitur in vulgatis codd. sed istuc ipsum sic, ò magnum malum, putes aliquis; Manutius, è credit abundare, propter proximum verbum, putes cui al- sentitus Lambinus; sic tamen ut malè legi, dicat aliquis, pro putes ali- quis. Iunius ex conjectura & litæa m. Pal. emendat, sed istuc ipsum si- c ò magnum malum putes ali- quis.

7. Præterit tempus non legi, sed.) Hunc locum ope vetustioris cod- se restituisse gloriatur Victorius, quod etiam à Germanis adnotatum erat, ipsomet teste. vulg. Præterit tempus legimus, non legi, etc.

8. Adhuc in oppidis coarctatus & stupens. Omnes fin Italia. Hæc est Bo- filii castigatio, cujus approbatores habet Decuratus. Tornæi & Crustelli- num, ut etiam Lambinum, qui tamen m. habere dicit, coarctatus sed stu- pens. Sic autem legit & disti. gunt vulgus. Adhuc in oppidis coarctatus, & stupens omnes. Si in Italia consistat.

9. Sicut omnia & incaute. Tu quoque.) Sic Victorius, qui duas has vo- ces, ægi videt, quæ post incautè subchiebantur, delendas censuit.

10. Anconem amissimus.) Iunius ex m. Anconem autem amissimus.

11. Nisi ubi honestas & honestum igitur.) Lambinus ultimam dictionem, nisi quæ præcedit, honestum, etc. rejicit. Vulgata lectio sic se habet, Nisi ubi honestas: Nam honestum igitur.

12. Χρῆσθαι.) Tabulas novas, exulum reditus.

13. Τῶν θεῶν μερίσθαι, etc.) Articulas τῶν, ἀποτῆ retinendus: nam in vocula θεῶν, ἀποτῆσθαι arunter sapissimè Ho- merus, Theognis, Mimnerus, Pythagoras, Laërtius in Anaxarcho, Strabo libro vi. Theocritus, Sibyllæ. Latinos inter Claudianus & Tertullianus, quod Lambin. scanipadvvertisset, non depulisset τῶν. Dav. Squeus, ad Gruterum epistola.

14. Lucretinus.) Et Cavalcantis & Bessarionis m. habent, Lucretinus. Faërnus restituit Lucretium, rectè ut sentit Virnius.



quam omnia istiusmodi regna; vel potius mori millies, quam semel i istiusmodi quidquam cogitare. quid si tu velis? inquis. age quis est, cui velle non liceat? sed ego hoc ipsum, velle, miserius esse duco, quam in crucem tolli. una res est ea mihi erior, a dipisci, quod ita volueris. Sed hac haestenus. 2. libenter enim in his molestiis συζητάζω σοι. redeamus ad nostrum. Per fortunas, quale tibi consilium Pompeji videtur? hoc quaero, quod urbem reliquerit ego enim Διπρωί; tum nihil absurdus urbem tu relinquant? ergo idem, si Galli venirent. non est, inest, inquit, in parietibus Resp. at in aris & focis. fecit idem Themistocles. Ausum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat. at idem Pericles non fecit, annum fere post quinquagesimum, cum praeter incenia nihil teneret. nostri olim, urbe reliqua capta, arcem tamen retinuerunt.

3. ὅτι πρὸ τῆς πόλεως ἐπιδημοῦμαι κλέος ἀνδρῶν, rutilus autem ex dolore municipalis, sermonibusque eorum, quos convenio. videtur hoc consilium 4. exitum habiturum. mira hominum querela est, (nescio istic: sed facies, ut sciam) 5. sine magistratibus urbem esse, sine Senatu. fugiens denique pompejus mirabiliter homines movet. quid quæris? alia causa facta est: nihil iam concedendum putant Cæsari. hæc, tu mihi explica, qualia sint. Ego negotio praxum non turbulento. vult enim me Pompejus esse quem tota hæc Campania & maritima ora habeat ἀπιστοῦσσι, ad quem delectus, & summa negotii referatur. itaque vagus esse cogitabam. Te puto iam videre, 6. quæ sit ἡγεμὸν Cæsaris, qui populus, qui totius negotii status: ea velim scribas ad me, & quidem, quoniam mutabilia sunt quam læpissimè. acquiesco enim & scribens ad te, & legens tua.

CICERO ATTICO, S.

12. Vnam adhuc à te epistolam acceperam, 7. datam XI. KALEND. in qua significabatur, aliam te ante dedisse, quam non acceperam. sed quaero, ut scribas quam læpissimè, non modo si quid scies, aut audieris; sed etiam si quid suspicabere; maximeque quid nobis faciendum, aut non faciendum putes. Nam quòd rogas, eorum, ut scias, quid Pompejus agat, ne ipsum quidem sine puto; nostrum quidem nemo, vidi Lentulum eos. Formis 8. x. KAL. vidi Libonem: plena 9. timoris & erroris omnia. ille iter Larinum: ibi enim cohortes, & Lucetia, & Theani, reliquaque in Apulia. inde utrum consistere uspiam velit, an mare transire, nescitur. si manet, viretor, ne exercitum firmum habere non possit. sin discedet: quò aut quà, aut quid nobis 10. agendum est, nescio. nam istum quidem, cuius 11. φάλαγγισμῶν times, omnia intermisi facturum puto, nec eum rerum prolatio, nec Se-

natus, magistratumque discessus, nec ararium clausum tardabit. Sed hæc, ut scribis, cito scieris, interim velim mihi ignoscas, quòd ad te scribo tam multa toties. acquiesco enim, & tuas volo elicere litteras: maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram; 12. dimittamne me penitus in causam (non deterreo periculo, sed 13. dirumpor dolore; 14. tamæ nullo consilio, aut tam contra meum consilium gesta esse omnia?) an cuncter & tergiverter, & iis medem, qui tenent, qui potiuntur, καὶ δὲ μὴ Τρωῶς; nec solum civis, sed etiam amici officio revocor, ethi frangor læpe misericordia puerorum. ut igitur ita perturbato, eisi te eadem sollicitant, scribe aliquid, & maxime, si Pompejus Italia cedit, quid nobis agendum putes. M. quidem Lepidus (nam fuimus unà) eum finem statuit, L. Torquatus eundem. me eum multa, tum etiam lictores impediunt; nihil vidi umquam quòd minus explicari posset. itaque à te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur, denique ipsam ἀπιστοῦσσι tuam cupio cognoscere. Labienum ab illo discessisse, propemodum constat. si ita factum esset, ut ille Romam veniens magistratum & Senatum Romæ offenderet, magno usui cauz nostræ fuisset: damna esse enim sceleris hominem amicum, Resp. causa, videretur; quod nunc quoque videtur; sed minus prodest, non enim habet, cui prosit; eumque arbitror potenter: nisi forte id ipsum est falsum, discessisse illam. nos quidem pro certo habebamus, & velim, (quamquam, ut scribis, domesticis te finibus tenes) formam mihi urbis exponas, ecquod Pompeji desiderium, 15. ecquæ Cæsaris invidia apparcat; etiam quid censeas de Terentia & Tullia, Romæ eas esse, an mecum, an aliquo tuto loco. & hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scripites.

CICERO ATTICO, S.

DE Vennonianis rebus tibi assentior. 16. Labienum; 17. ἡρώα iudico. facinus; jam diu nullum civile præclarium: qui ut aliud nihil, hoc tamen profecit; dedit illi dolorem. sed etiam ad summam profectum aliquid puto. amo etiam Pisonem: cuius iudicium de genero suspicor visum iti grave. 17. quamquam, genus belli quòd sit, vides. 18. civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex senis præditi civis audacia natum sit. 18. is autem valet exercitus, tenet multos spe & promissis; omnia omnino concupivit, huic tradita urbs est, nuda præsidio, referta copiis. quid est, quod ab eo non metuas, qui illa templa, & tecta non patriam, sed prædam puet? quid autem sit acturus, aut quo modo, nescio, sine Senatu, sine magistratu. ne simulare quidem poterit quicquam ποδηκῶς, nos autem ubi exurgerè poterimus? aut quando? quorum dux quam 19. ἀπραγμῆτι, tu quoque animadvertis; cui 20. ne Pi-

LII 3 cenz

I. ἰσχυροῦς.) Vulg. illiusmodi.  
2. Libenter enim in his miseris συζητάζω σοι.) Ex antiquiore suo sic emendavit Victorius.  
3. ὅτι πρὸ τῆς πόλεως ἐπιδημοῦμαι κλέος ἀνδρῶν.) Sic eorumque ante nos vixerunt, virorum laudes audiebamus Hunc versum pr. si suo nitore restituit Victorius quum in multis non esset, in aliis corrupte legerecur.  
4. Exitum habiturum.) Hoc etiam mss. consentientibus emendavit Victorius ante legebatur exitum.  
5. sine magistratibus urbem esse sine Senatu.) Quatuor priora vocabula abierant à vulgatis; quæ postea Iovius ex mss. Palat. sulerunt.  
6. Quæ sit ἡγεμὸν Cæsaris.) Auxilio antiquioris sui codicis sic emendavit Victorius ante legebatur ἡγεμὸν Cæsaris.  
7. Datum XII. Kal. in qua.) Bosius expunxit vocem in. cum eam abesse, & rectè quidem ut ait, à Decuratio animadvertit. Manutius XII. Kal. Ias. non ut vulgò Ias. ratione doctus legit.  
8. x. Kal. vidi.) Sic Malasp. qui de Februario intelligi vult; non aut ut vulg. x. Kal. Iovius vidi.  
9. Timoris & erroris.) Vulg. timoris & erroris.  
10. Agendum est.) Vulg. agendum sit.

II. Φάλαγγισμῶν.) Phalangis imitationem, sæviciam.  
12. Dimittamne me.) Vulg. dimittam.  
13. Dirumpor dolore.) Vulg. dirumpor.  
14. Tamæ nullo consilio.) In illo locorum mss. hanc particulam, ne, repetiri negat Malasp. at Lambinos testator in Tornæi. & nonnullis aliis suis comparere, licet possit abesse sine sententia detrimento.  
15. Ecquæ.] Auxilio sui probationis emendasse se dicit Victorius, teque vulgò ecquæ.  
16. Labienum, ἡρώα.) Sic ex eodem codice idem emendavit, qui excusos formis aut Græcam vocem non habuisse, aut ἡρώα legisse testator.  
17. Quamquam genus belli.] Codex Tornæi habet referente Lambino, quamquam civis belli quòd sit; & supra vocem, civis, quòd subiecta linea quasi damnatum ac deletum est, habet scriptam genus.  
18. Is autem valet exercitus; tenet multos spe & promissis.) Sic exaratum est in codd. mss. Bosii. vulgò: Is autem valet. Exercitum tenet multa spe & promissis.  
19. Απραγμῆτι.) Ignarus artis imperatoris.  
20. Ne Pierson quidem.) Bossarionis liber; Ne Epyceta quidem. I. Quom



ena quidem nota fuerint: r quam autem sine consilio, res  
 vestis. ut enim alla omittam decenni annorum peccata, qua  
 conditio non huic fuga praestitit? nec verò nunc quid co-  
 giter seto: ac non desino per litteras sciscitari. nihil esse ti-  
 midius constat, nihil perturbatius. itaque nec praesidium,  
 cuius parandi causa ad urbem retentus est, nec locum ac  
 sedem praesidii ullam video. spes omnis in duabus, invidio-  
 se retentis, pane alienis legionibus. nam delectus adhuc  
 quidem in viroium est. & à pugando abhorrentium con-  
 ditionum autem amissum tempus est. quid futurum sit, non  
 non video, commissum quid: mà nobis certè est, si ve à no-  
 stro duce, ut, e portu sine gubernaculi egressi, tempestati nos  
 traeremus. itaque de Ciceronibus nostris dubito quid  
 agam. nam mihi interdum a mandandi videntur in Gra-  
 etiam. de Tullia autem & Terentia, 2. cum mihi barba-  
 torum adventus ad urbem proponitur, omnia timeo: cum  
 autem Doiabelæ venit in mentem, paululum respiro.  
 sed velim considerare, quid faciendum putet: primum  
 ερος το άσφα ες (alter enim mihi de illis, ac de me ipso,  
 consuetudinem est) deinde ad opiniones, ne reprehenda-  
 mur, quod eas Romæ velimus esse in communi bonorum  
 fuga. quin etiam tibi & Peduceo, (scripsit enim ad me)  
 quid tacitatus, videndum est. is enim splendens est vultum,  
 ne eadem postulerentur à vobis, quæ ab amplissimis civibus.  
 sed de hoc tu videbis, quippe cum de me ipso, ac de meis  
 ne considerare velim. Reliquum est, ut, & quid agatur,  
 quoad poteris, explores, scribasque ad me, & quid ipse  
 conjectura assequare: quod etiam à te magis expecto.  
 mam, acta omnibus nuntiantibus, à te expecto. Iulia  
 pignoris d' 3 d' C. C. Loquacitati ignoscet, quæ & me le-  
 vat, ad te quo. invidentem. & elicit tuas litteras. 4. Ni-  
 gma Oppidiorum ex Vella planè non intellexi. 5. est enim  
 numero Platonis obcurius. 6. jam intellexi tuum. Oppios  
 enim de Vella succones dicis. in eo 7. astuavi diu quo a per-  
 so, reliqua patebant, & cum Terentii summa congruebant.  
 L. C. Clarem vidi Minuimus A. D. VIII. KAL. Febr. mane,  
 cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopus so-  
 lutus: ut id ipsum mihi ille videatur stridendi causa tecuisse,  
 qui tantus de rebus huic mandata dederit; nisi forte non  
 aedit, & hic sermone aliquo arrepto pro mandatis abusus  
 est. Labienus, vir mea sententia magnus, Theanum venit  
 A. D. IX. KAL. ibi Pompejum Consulesque convenit. qui  
 sermo fuerit, & quid actum sit scribam ad te, cum certum  
 sciam. Pompejus ab Theano Latinum versus profectus est  
 A. D. VIII. Kal. eo die manit Venasri, aliquantum animi  
 videtur nobis attulisse Labienus. sed ego nondum habeo,

quid ad te ex his locis scribam. ista magis expecto; quid  
 & illuc afferatur; quo pacto de Labieno ferat; quid egat  
 Domitius in Maris, 9. Iugurii Thernus, P. Attius Cingui;  
 quæ sit populi urbani voluntas; quæ tua conjectura de  
 rebus futuris: hæc velim crebro, & quid tibi de mulieribus  
 nostris placeat, & quid acturus ipse sis, scribas. Si scribe-  
 rem ipse longior epistola fuisset: sed dictavi propter lippi-  
 tudinem.

CICERO ATTICO, 5.

A. D. VI. KAL. Febr. Capuam Calibus profectus,  
 cum 10. fluenter lippiem, has litteras dedi. L. Caesar  
 mandata Caesaris detulit ad Pompejum A. D. VIII. KAL.  
 cum is esset cum Consulibus Theani. probata conditio est,  
 sed ita, ut ille de 11. his oppidis, quæ extra tuam provinciam  
 occupavisset, praesidia deduceres. id si fecisset, reponitur  
 est ad urbem nos redituros esse, & rem per Senatum conse-  
 cturos. 12. ipse esse in praesentia pacem nos habere. nam  
 & illum furoris, & hunc nostrum copiarum impugnerit.  
 Me Pompejus Capuam venire voluit, & adjuvare delectum;  
 in quo paucum prolixè respondet Campani coloni. Gla-  
 diatores Cæsarum, qui Capuæ sunt, de quibus ante ad te fal-  
 sum ex Torquati litteris scripseram, tanè commodè Pom-  
 pejus distribuit binos singulis patribus familiae um. 13. lo-  
 cutorum in ludo 100 fuerunt; eropionem factum fuisse  
 dicebantur. sane multum in eo Reip. provilum est. De mu-  
 lieribus nostris, in quibus est tua toror, qua so videas, ut sa-  
 tis honestum nobis sit, eas Romæ esse, cum cetera ulla ai-  
 gnitate discederent: hoc scripsi ad eas. & ad te ipsum antea  
 velim, eas cohortere, ut exeat; praestitum enim ea 14. pra-  
 dia in ora maritima habeamus, cui ego praesum, ut in his  
 pro re nata incommodè possint esse. nam si quid offendi-  
 mus, in genero nostro; quod quidem ego praestare non de-  
 beo. sed id sit majus, quod mulieres nostræ prater ceteras  
 Romæ remaneant. tu ipse cum Sexto, scire velim, quid  
 cogites de exeundo, de totaque re quid existimes. equidem  
 ad pacem honorari non desino: quæ VAL INJUSTA utilior  
 est, quam iustissimum bellum. sed hæc ut fors tulerit.

CICERO ATTICO, 5.

UT A. D. urbe discessi, nullum adhuc intermissi diem,  
 quin aliquid ad te litterarum darem; 15. non quò ha-  
 berem magnopere, quæ scriberem; sed ut loquerer tecum  
 absens: quo mihi, cum coram id non 16. licet, nihil est ju-  
 cundius. Capuam cum venissem A. D. VI. KAL. pridie,  
 quàm has litteras dedi, Consules conveni, multosque nostris  
 stare conditionibus his, quæ antea essent, uni Favonio leges ab  
 illo

1. Quam autem sine consilio, res vestis. Non modo in Tornæsiano, quod  
 etiam testatus est Lambinus, sed etiam in ledis & Crusellino legi, as-  
 ferit Boilius res vestis, vulgo legebatur, quam autem sine consilio sit: ca-  
 que in lectione omnes & missi & formis imperiosos eodd. consentire ce-  
 dentur Victorius. idem etiam libri missi. Boili sic postea scriptum ha-  
 bent, quippe cum de me ipso ac de me ista considerari velim, quo loco vit osè  
 vulgo legitur, quippe cum de ipso ac de me ista considerari velim: sic autem  
 prius restituit Lambinus ex cod. Tornæsio.  
 2. Cum mihi barbarorum adventus ad urbem. Codd. Monniani non  
 habent ad urbem referente Lambino.  
 3. A. C. C. S. Supplendum, ut senarius integer habeatur, 1675  
 4. A. Enigma Oppiorum. Manutius videtur epistolæ principium.  
 5. Et eam numerus Platonis. Probat Manutius, Timæo Platonis, ut in  
 antiquo libro Ant. Augustini scriptum est, quod etiam Iugurii confir-  
 mat ex missi. Palat.  
 6. Lam intellexi tuum. Oppios enim de Vella succones dicis. Exaratum  
 reperit Boilius in Tornæsio & Crusell. succones dicis: in Decurato  
 succones dicis, re tam putat, Victorius autem 3. ceterum scripturam  
 se reddidit sic dicens sic legit, Oppios enim de Vella succones. Cavalcantis  
 liber dicitur dicitur in eo astuavi diu: Beffarionis. Succones sed & hoc  
 Manutius videtur Timæo Platonis obscurus: Sic autem ille ex con-  
 jecturas Oppios de Vella succones dicis, in eo astuavi diu: quod etiam  
 notatur Vrsino.  
 7. Astuavi diu. Sic etiam omnibus litteris scriptum est in Decur.

quem odo legendum jam dudum docuerunt Turneb. lib. XXI. cap. 6. &  
 cum locutus Lambinos, qui Hugolini Martelli conjecturas non pro-  
 bar legendum putans, in eo astuavi diu, Iubini conjecturas, ut vulg.  
 et astuavi diu.  
 8. Illis. Vulgo illis.  
 9. Iugurii Thernus. Hæc est Malasp. sive Stauchii conjectura, eus  
 assentitur Lambinus & Pighius lib. XVII. Annal. Rom. ad annum V. C.  
 DCCCIV. Manutius legit Iugurii Thernus, non Thernus aut 3. Iugurii: idque  
 non modo ex vetere libro & historia, sed etiam ex lapide qui est Pal-  
 gines, in quo Iugurii oppidi mentio fit, ut apud ipsum videre est. Manu-  
 tius lectionem confirmat Iunius, partem ex m. optimo Pal. partem ex  
 historia. Iugurium enim corruptè Iugurium, euphonice causa Iugurium. Pto-  
 lemæo Iugurios corruptè legendum enim Iugurios. Vmbriorum oppi-  
 dum fuit ad viam Flaminiam.  
 10. Fluenter lippiem. Rectè Lamb. ex depravata Tornæs. scriptura  
 reposuit, fluenter. in Decurato litteræ hujus vocis oculos pæc. vete-  
 stare fugiebant. vulg. leviter.  
 11. In oppidiis. Vulgo hu oppidiis.  
 12. Sprio esse. Vulgo sprio etiam. Gulielmus legebat; Sprio esse esse  
 in praesentia pacem &c.  
 13. Secutum in ludo 100. Sic Decur. & Crusell. Tornæs. C. 10.  
 Beffarionis liber, hu succones, corrupte. Vulg. LCC. succones.  
 14. Prædia. Sic Manutius. vulgo. praesidia.  
 15. Non quo habere. Vulg. non quod.  
 16. Iste. Vulgo sicem.



His nobis imponi non placebat: sed is haud auditus in consilio. Cato enim ipse jam *seruus*, quam pugnare, mavult. sed tamen ait, in Senatu se adesse velle. cum de conditionibus 2 agatur, si Cæsar adductus sit, ut præsidia deducatur. ita, quod maximè opus est, in Siciliam ire non curat: quod metuo ne oblit, in Senatu esse vult. Postumus autem, de quo nominatim Senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret, 3 Fuffianoque succederet, negat se sine Catone iturum: & suam in Senatu operam, auctoritatemque magni æstimat. ita res ad Fannium pervenit. is cum imperio in Siciliam præmittitur. In disputationibus nostris summa valetas est. plerique negant, Cæsarem in conditione mausuum; postulatque hæc ab eo *interposita* esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, à nobis pararetur. ego autem eum puto facturum, ut præsidia deducat. vicerit enim, si Consul factus erit, & minore scelere vicerit, quam quo ingreßus est. sed accipienda plaga est. sumus enim flagitiosè *operari* cum à militibus, tum à pecunia: quam quidem *quædam*, non modo privatam, quæ in urbe est, sed etiam publicam, 4 quæ in arario est, illi reliquimus. Pompejus ad legiones 5 Actianas est profectus: Labienum secum habet ego tuas opiniones de his rebus expecto. Formias me continuò recipere cogitabam.

CICERO ATTICO, S.

10 **O**mnis arbitror mihi tuas litteras redditas esse, sed primas præposterè, reliquas ordine, quo sunt missæ per Terentium. De mandatis Cæsaris, adventuque Labieni, & responsis 6 Consulm ac Pompeji, scripti ad te litteris his, quas A. D. V. KAL. Capua dedi: pluraque præterea in eadem epistolam conieci. nunc has expectationes habemus duas; unam, quid Cæsar acturus sit, cum acceperit, ea quæ referenda ad illum data sunt L. Cæsari; alteram, quid Pompejus agat: qui quidem ad me scribit, paucis diebus se *seruum exercitum* habiturum; spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet, non dubitantem de imbecillitate Cæsaris copiarum: cujus adventu Cenzus noster multo animi plus habet. Nos à Consulibus Capuam venire iussi sumus 7 ad Nonas Febr. Capua profectus sum Formias III. KAL. eo die omnem Calibus tuas litteras hora ferè nonâ accepisse, has statim dedi. De Terentia & Tullia tibi 8 assentior, ad quas scripseram, ad te ut referrent: si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moveant; quoad perspiciamus, quo loci sit res.

CICERO ATTICO, S.

9 **T**uæ litteræ mihi gratè jucundæque sunt. De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, cum saga ex Italia quæri videbatur. nos enim Hispaniam petere. illis hoc æquè commodum non erat. tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videtis Romæ rectè esse posse. et enim minime amici Pompejo nostro esse debetis, nemo enim unquam tantum de urbanis præsidis detraxit, videsne me etiam jocari? Scire jam te oportet, L. Cæsar quæ

responsa referat à Pompejo, quas ab eodem ad Cæsarem ferat litteras. scriptæ enim & datæ ita sunt, ut proponerentur in publico: in quo accusavi mecum ipse Pompejum, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas, quæ in omnium manus venturæ essent, 11 Sestio nostro scribendas dederit, itaque nihil unquam legi scriptum 12 *ostendit*, perspicere tamen ex litteris Pompeji potest, nihil Cæsari negari, omniaque & cumulata, *qua postulet*, dari, quæ ille, amentissimus fuerit, nisi acceperit, præsertim cum impudentissimè postulaverit, quis enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si præsidia dimiserit? 12 tamen non conceditur; minus honeste nunc quidem, violata jam ab illo Rep. illatoque bello; quam si olim de ratione habenda impetrasset: & tamen vereor, ut his ipsis contentus sit. nam cum ista mandata dedisset L. Cæsari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referretur. dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. KAL. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem: nihil ei gratius facere posse. hæc verbis plurimis, intellexi ex diærum ratione, ut primum de discessu nostro Cæsar audisset, laborare eum cœpisse, ne omnes abessemus, itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Servium scripserit. illud admiror, non ipsum ad me scripserit, non per Dolabellam, non per Cælium egisse. quamquam non aspexerim Trebatii litteras, à quo me unice diligere scio. rescripti ad Trebatium, (nam ad ipsum Cæsarem, qui mihi nihil scripserit, nolui) quàm illud hoc tempore esset difficile: me tamen in prædiis meis esse, neque delectum ullum, neque negotium suscepisse. in quo quidem manebam, dum spes pacis erit. sin bellum geretur, non deero officio, nec dignitati meæ, pueros *Carisissimos* in Græciam, totam enim Italiam flagrantem bello intelligo, tantum mali exitatum partim ex improbis, partim ex invidis civibus. sed hæc paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur, quorum evasura sint, tum ad te scribam plura, si erit bellum: si autem etiam inducitur, te ipsum, ut spero, videbo. Ego III. NON. Febr. quo die has litteras dedi, in Formiano, quo Capua redieram, mulieres expectabam: quibus quidem scripseram, tuis litteris admonitus, ut Romæ manerent, sed audio majorem quendam in urbe timorem esse. Capuz NON. Febr. esse volebam, quia Consules iusserant, quidquid hæc erit à Pompejo allatum, statim ad te scribam: tuasque de istis rebus litteras expectabo.

CICERO ATTICO, S.

IV. NON. Febr. mulieres nostræ Formias venerunt, tuæque erga se officia, plena tui suavissimi studii, attulerunt: eas ego, quoad scirem, 13 utrum *supra* pace nobis, an *visum* bello esset utendum, in Formiano esse volui & unâ Cicero-nes. ipse cum fratre Capuam ad Consules (Nonis enim adesse iussi sumus) III. NON. profectus sum, cum has litteras dedi. Responsa Pompeji grata populo, & probata

1. *sed is haud auditus*.] Auctoritate Decurtati hanc particulam habet, *videtur* Bofius. sed hoc minus probat Lambinus: qui Malasp. conjecturam sequatur edidit, *sed vis audire in consilio*: Junius vero, *sed is audire in consilio non est*, ex mss. Palat. emendat.  
2. *Actus*.] Vulg. *agitur*.  
3. *Interprete*.] Sic legendum ex antiquis libris asserit Bofius: vulgò *Interprete*.  
4. *Quæ in arario est*.] Vox illa, *est*, deest in vulgatis.  
5. *Actianas*.] Junior legit *Actianus*, vulgò *Actianæ*. Lipsius Centon. II. ad Belgas Epist. 16. corrigiit *Appianæ*; ut intelligantur dox illæ legiones, quæ à Cæsare per speciem belli Parthici abductæ, & Pompejorundem circa Luceriam hærebant sub Appio Legato, ut clarum est ex Plutarcho, Hirtio, ipsoque Cæsare.  
6. *Consulm ac Pompeji*.] Rectè Malasp. conjecit legendum, *Consulam ac Pompeji*, ut apparet ex hac compendiarie scriptura Decurtati, *Ex re-  
sponsis* COSS. ac Pomp. quod etiam legendum asserit Manutius, vulgò,

*Consulam ac Pompejum*.  
7. *Ad Nonas Febr. Capua profectus sum Formias*.] Melius potat Virgilius quod in m. legitur A. D. IV. NON. Febr. Capua profectus sum Form. A. D. III. NON.  
8. *Assentior*.] Vulg. *assentior*.  
9. *Tuæ litteræ mihi gratæ*.] Hinc initium epistolæ fecit Bofius; partim ratione, partim Decurtati auctoritate nixus: in quo apponitur est ante hæc verba, nota, quæ plerumque in hoc libro distinguuntur epistolæ.  
10. *Sestio nostro*.] Vulg. *Sestio*.  
11. *Supra*.] Magis Sestianè.  
12. *Tamen non conceditur*.] Non, deest in vulg.  
13. *Utrum supra pace nobis an visum bello esset utendum*.] Consentiane Decurtatis & Crusellinus cum Tornæ. & his quibus usus est Malasp. in hujus scripturæ representatione, quod etiam de Tornæ. Lambinus testatur; eosque qui vulgatam lectionem sequuntur, negas agere dicit.



conconi esse dicuntur. ita putaram : 2 quæ quidem ille si repudiavit, jacebit : si acceperit ? utrum igitur, inquires, mavis ? responderem, si quemadmodum parati essemus, scirem. Cassium, erat hic auditum, expulsum Ancone, eamque urbem à nobis teneri. si bellum futurum est, negotium utile. Cæsarem quidem, L. Cæsare cum mandatis de Pace missis, tamen ajunt acerrime delectum habere, loca occupare, 2 vinciri præsidis, 3 perditum latronem ! 4 vix ullo otio compensandam hanc Resp. turpitudinem ! sed stomachari desinamus, temporis pareamus, cum Pompejo in Hispaniam eamus. 3 hæc opto in malis ; quoniam illius alterum consulatum à Rep. ne data quidem occasione, repulimus. Sed hæc hæcenus. De Dionysio, fugit me ad te antea scribere : sed ita constitui, expectare rei ponsa Cæsaris ; ut, si ad urbem rediremus, ibi nos expectaret ; sin tardius id fieret, tum eum arcessemus. 4 omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine & amico dignum fuerit, cum præsertim rogatus esset, scio. sed hæc non nimis exquiro à Græcis. tu tamen videbis, si erit, quod volumus, arcesendus, 5 ne molesti simus invito. Quintus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat : nec Egnatio voluntas deest : nec parum locuples est : sed cum tale tempus sit, ut Q. Titinius (multum enim est nobiscum) viaticum se neget habere ; idemque debitoribus suis denuntiavit, ut eodem fenore uterentur ; atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur, nec hoc tempore aut domi numeros Quintus habeat, aut exigere ab Egnatio, aut versuram usquam facere possit ; miratur, te non habuisse rationem hujus publicæ difficultatis. ego autem : etsi illud *ψυδὴρ ἰδδὸς* (ita enim putatur) observo, 7 *μὴδὲ δὴλυο*, præsertim in te, à quo nihil umquam vidi tenerè fieri, tamen illius quætelâ movebar. hoc, quidquid est, te scire volui.

CICERO ATTICO, S.

**N**ihil habeo, quod ad te scribam. 8 quin etiam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. erat enim plena spei bonæ ; quod & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus usum putabam, præsertim suis. ecce tibi 9 11. Non. Febr. manè accepti litteras tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furnium, quibus 10 irridex L. Cæsaris legationem planè oppressi videmur : nec, quid consilii capiam, scio : nec mehercule de me laboro ; de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscerem hæc scribens, quo facilius de Pompeji rebus cognoscerem.

CICERO ATTICO, S.

**B**reviloquentem jam me tempus ipsum facit. paucem enim desperavi : bellum nostri nullum administrant, cave enim putes, quidquam esse minoris his Consulibus : 11 quorum ergo, spe audiendi aliquid, & cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni pridie Nonas, ut eram iustus. illi autem nondum venerant,

sed erant venturi, inanes, imparati. Cnæus autem Lucetrix dicebatur esse, & adire cohortis 12 legionum Attianarum, non firmissimi marum. at illum ruere nuntiant ; & jam jamq. adesse, non ut manum conferat, (quicum enim ?) sed ut fugam intercludat. ego autem in Italia *ἡ ὄψωυ πρὸς τὴν ἑστὴν* nec te id consulo. sin extra, quid ago ad manendum hiems, listores, improvidi & negligentes duces ; ad fugam hortatur amicitia Cnæi, causa bonorum : turpitudine conjungendi cum tyranno : qui quidem incertum est, Phalarimne, an Pisistratum sit imitaturus. Hæc velim explices, & me juves consilio, etsi te ipsum istic 13 jam calere puto. sed tamen quantum poteris. ego si quid hic hodie novi cognovero, scies. jam enim aderunt Consules ad suas Nonas. Tuas quotidie litteras expectabo. ad has autem, cum poteris, rescribes. Mulieres & Cicerones in Formiano reliqui.

CICERO ATTICO, S.

**D**e malis nostris tu prius audis, quam ego. istinc enim emanant. boni autem hinc quid expectes, nihil est. 14 Veni Capuam ad Nonas Febr. ita ut jufferant Consules, eo die Lentulus venit serò : alter Consul omnino non venerat vii. Idus. eo enim die ego Capua discessi, & mansi Calibus. inde has litteras posttridie ante lucem dedi, hæc, Capua dum fui, cognovi, nihil in Consulibus, nullum usquam delectum, nec enim conquistores 15 *ὄψωυ πρὸς τὴν ἑστὴν* audent ; cum ille adit contra ; cum *nosser dux* nusquam sit, nihil agat ; nec nomina dant. deficit enim non voluntas, sed spes. Cnæus autem noster (ô rem miseram & incredibilem) ut totus jacet ! non animus est, non consilium, non copia. non diligentia. 16 mittam illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimam in oppidis conciones, ignorantem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum, hoc ejusmodi est ? vii. Id. Febr. Capuam C. Cassius Trib. pl. venit, attulit mandata ad Consules, ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore arario auferrent, statim exirent urbe relicta. redeant ; quo præsidio ? deinde exeant ; quis linat ? Consul ei rescriptit, ut prius ipse in Picenum at illud totum erat amissum ; sciebat nemo, præter me ex litteris Dolabella, mihi dubium non erat, quin ille jam jamque foret in Apulia. Cnæus nosher in navi, ego quid agam, *ὄψωυ πρὸς τὴν ἑστὴν* magnum ; neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime : neque ego ullius consilii particeps, sed tamen, quod me deceat, ipse me Cæsar ad pacem hortatur, sed antiquiores littere, quam *ruere* coepit, Dolabella, Cælius, me illi valde satisfacere mira me *ὄψωυ πρὸς τὴν ἑστὴν* torquet. juva me consilio, si, potes ; & tamen ista, quantum potes, provide. nihil habeo, tanta rerum perturbatione, quod scribam. tuas litteras expecto.

CICERO ATTICO, S.

**P**edem in Italia video nullum esse, qui non in istius 22 potestate sit. De Pompejo scio nihil ; eumque nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto. ô celeritatem incredibilem ! hujus autem nostri, sed non possum sine dolore

1. *Quæ quidem ille repudiavit, jacebit, si acceperit*.) Hunc locum sic retulit Victorius ex antiquiore suo, ut pro, *jacebit*, quod erat antea, resposuerit, *jacebit*, post acceperit, interrogationis notam apposuerit.  
 2. *Vinciri præsidis.*) Hoc est in Decurt. Crusal. Tornæs. vulgo *vinciri* ; & mox, *vix ulla vis*, cum desit *in* vulg.  
 3. *Hæc opto in malis.*) Multo libentius legerit Lipsius hæc optima in malis ; qui consulari lib. 11. Variar. lect. cap. 15. Grotero nascatur sub manu ; Hæc opto, quomodo Ammianus Marcellinus lib. xvii. cap. 28. *in malis optabile.*  
 4. *Quoniam quod ille.*) Videtur Lambino legendum, *Omissis*, ita ut post, *regatus esse*, deleatur, *scio* ; quemadmodum in editione Victoriana nusquam apparet. sed hoc contra mss. fidem, nec etiam potest abesse absque ratione sententia incommodo, ut ait Bosius.  
 5. *70 milia sinis iuvit.*) Cum veteri suo cod. sic legit Victorius : antea legebatur, *ne sit molesti simus*, invito loque.  
 6. *ψυδὴρ ἰδδὸς.*) Quod falsò Hesiodo adscribitur.  
 7. *μὴδὲ δὴλυο.*) Supplementum hoc integrum versum exhibebit : *Ἀντιγόνη, πρὸς ἰσχυροῦς μὴδὲ δὴλυο* ; neque causam

judicari prius, quam quid uterque dicat, audi eris.  
 8. *Quintium epistolam.*) Vulg. *quintiam eam epistolam.*  
 9. *11. Non Febr.*) Vulg. *10. Non. Febr.* Bosii lectionem confirmat Manutius.  
 10. *Irider.*) Sic habet Bessarionis liber : antea, *irridens*, legebatur Manutio teste.  
 11. *Quorum ergo.*) Ita legitur in Decurto, vulg. *quorum ego.*  
 12. *Legionum Attianarum.*) Victorius ex probatori suo legendum censet, *legionum Attianarum.* legebatur antea, *legionum Vicianarum.* Lipsius Epist. Centuria ad Belgas, emendabat *Appianarum.*  
 13. *Jam calere puto.*) Emendabat, *calere puto*, vir doctissimus, referentem Vrsino.  
 14. *Veni Capuam ad Nonas Febr.*) Sic ex antiquis suis legit Bosius, nec mirandum putat Lambinus verò reclamanibus libris omnibus sic legendum censet, *Veni Capuam A. D. Nonas.*  
 15. *ὄψωυ πρὸς τὴν ἑστὴν.*) Vultum ostendere, faciem aperire.  
 16. *Mittam illa.*) Vulgo *mittam.*



dolore accusare eum, de quo angor & crucior. Tuca- dem non sine causa times: non quo minus quidquam Ca- sari expediat ad diuinitatem victoriz & dominationis: sed video, quorum arbitrio sit acturus, & recte sit. cen- seo cedendum de oppidis his. ego consilii, quod opti- mum factu videbitur, facies. cum Philotimo loquere: at- que adeo Terentiam habebis tibus. Ego quid egam? qua aut terra, aut mari persequar eum, qui ubi sit, nescio? est terra quidem qui possum? mari quo? tradam igitur isti me? fac posse turis, multum enim hortantur. num et iam honeste? & nullo modo. quid? à te petam consilium, ut soleo? explicari res non potest. sed tamen, si quid in mentem venit, velim scribas, & ipse quid sis acturus.

CICERO ATTICO, S.

**V** Id. Feb. vesperi à Philotimo litteras accepi; Domi- tium exercitum firmum habere; cohortis ex Pice- no, Lentulo & Thero ducentibus, cum Domitii exercitu conjunctas esse; Casarem intercludi posse, eumque id ti- mere; & bonorum animos recreatos; Roma improbos quasi percussos. hæc, meuo equidem ne sint & somnia: sed tamen M. Lepidum, L. Torquatium, C. Cassium trib. pl. (hi enim sunt nobiscum, id est, in Formiano) Philo- timi litteras ad vitam revocaverunt. ego autem illa metuo ne ventura sint, nos omnes pane jam captos esse, Pompe- jum Italia cedere: quem quidem (ô rem acerbam) perse- qui Casar dicitur. persequi Casar Pompejum? quid? ut inter- ficiat? ô me miserum: & non omnes nostra corpora op- ponimus? in quo tu quoque ingemiscis, sed quid facia- mus? victi, oppressi, capti planè sumus. Ego tamen, Philotimi litteris lectis, mutavi consilium de mulieribus: quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam: sed mihi venit in mentem, multum fore ferionem, me judicium jam de causa publica fecisse; qua desperata, quasi hunc gradum meo reditus esse, quod mulieres revertissent. De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incerta & peri- culosa fugæ; cum reip. nihil proficiat, nihil Pompejo; pro quo comonem pie possum, tum libenter, manebam igitur: etiam vivere. Quod quæris, hic quid agatur: tota Ca- pua, & omnis hic delectus jacet. desperata res est; in fuga omnes sunt; nisi quid ejusmodi fuerit, ut Pompejus illis Domitii copias, cum suis jungatur. sed videbamur omnia diduo, triduove scituri. Casaris litterarum exem- plum tibi misi: rogaras enim: cui nos vultu satisfacere, multi ad me scripserunt: quod patior facile, dum, ut adhuc, nihil faciam turpiter.

CICERO ATTICO, S.

**D** Hæc omnia litteræ me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. ecce postri-

die 6 Cassio litteræ Capua, à Lucretio, familiari ejus, Ni- gidium à Domino Capuam venisse; eum dicere, Vibul- tium cum paucis militibus à Piceno currere ad Cnrum, confectum sequi Casarem, Domitium non habere, 7 mili- tum 111. millia. idem scripsit, Consules Capua disces- sisse. non dubito, quin Cnrus in fuga sit; modo effugiat. à consilio fugiendi, ut tu censes, absum.

CICERO ATTICO, S.

**C** U si dedissem ad te litteras tristes, & metuo ne veras. 25 de Lucretii ad Cassium litteris Capua missis; Cepha- lio venit à nobis, attulit etiam à te litteras hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quam quod scribitis, Pompejum exercitum habere. nemo huc ita assert, omniaque, quæ nolim, ô rem miseram! malas causas semper obtinuit, in optima concidit. quid di- cam? nisi, illud eum scisse? neque erat difficile hoc ne- scisse, erat enim ars difficilis, rectè temp. regere. Sed jam jamque omnia scimus, & scribemus ad te statim.

CICERO ATTICO, S.

**N** ON venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, 26 QUOTIES EXORIO? ego enim nunc paullum exor- ior, & maxime quidem his litteris, quæ Roma afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus, omnia erant facta hoc diduo latiora. iraque fuga, quæ parabatur, repres- sa est. Casaris interdicta.

*Si te secundo lumine hic offendero.*

respuuntur. bona de Domitio, præclara de Afranio fama est. Quod me amicissimè admones, ut me integrum, quoad possim, quærem; gratum est. Quod addis, ne prop- tior ad turpem causam videar: certe videri possum. ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse: non quin rectum esset: sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. 10 planè eum, cui Cnrus noster alterum consulatum deferret, & triumphum, at quibus verbis? 11 PRO SUI R. GESTI- A MVLTISSIMIS, inimicum habere nolueram. ego scio, & quem metuam, & quam ob rem. sin erit bellum, ut vides fore; partes meæ non desiderabuntur. 12 De 11 s. mil- libus xx. Terentia tibi rescriptis Dionysio, dum existi- mabam vagos nos fore, nolui molestus esse. tibi autem, crebro ad me scribenti de ejus officio, nihil rescripsi, quod diem ex die expectabam, ut statuerem, quid esset faci- dum. nunc, ut video, pueri certè in Formiano videntur hiematuri: num & ego, nescio. si enim erit bellum, cum Pompejo esse constitui. quod habeo certè, faciam, ut scis. ego bellum foedissimum futurum puto; nisi qui, 13 ut tu scis, Parthicus casus extiterit.

LII 5 M. TUL.

1. *Nulli sit censes credendum* Sic ex mss. interpunctio Viç. & sic, in sibi, mutavit vulg. *Nulli sit censes credendum.*  
2. *Nihil modo quid?* Lectorem Dec. & Torn. edidit Bos. vulg. *Nulli modo quid?* interrogatio.  
3. *Etiam animos recreatos; Roma improbos quasi percussos.* Aliter di- stinguit vulg. *Etiam animos recreatos; Roma improbos quasi percussos.* Lam. vero opinatur legendum *improborum quasi percussos*, ut repetatur: *6770 animos.*  
4. *omnia.* Vulg. *infamia.*  
5. *Respuunt.* Iam ex mss. Pal. addit, *non liter*, unum vero dicit ha- bere *non liter*; quæ duo ultima vocabula Viç. deleuit, tanquam glo- semiam non in illo mss. xcarant.  
6. *Cassio litteræ.* Non tantum in Torn. sed & in omnibus aliis quos habuit Bos. scriptum est *Cassio*, quo modo legi debere asserit Viç. ad *Cassio*, *Cassio* veritas, eodem planè sensu quo, *Cassio* licet omnes libri ipsa haberent, *Cassio*, ut est vulgata lectio.

7. *Milium III millia* Victor. referente Bos. pro, III millia, edidit, vimo deceptus antiquis notis.  
8. *Omnia miseram* Bosii omnes sic habent, in vulg. deest.  
9. *Quoties exorior?* Cuius interrogatio legendum censet Bosius.  
10. *Planè tam cui Cnrus noster.* Locum hunc sibi maculis deforma- tum, meliorum eod. auxilio se purgasse dicit Viç. legebatur prius, *planè tam qui noster*. Etiamnum in vulg. deest *Cnrus*.  
11. *PRO SUI R. GESTU amplissima.* Scripsit Bos. ut erat exaratum in Scid. pro suo R. *Gestis* id est, *pre sua rebus*: nam nota R. in vulg. evanuit. Bosii lectionem confirmat Man. Lamb. legendum existimat, *pre sua rebus amplissima*, delecta voces *sua*, vel *sua*, ut quidam malant libri. Iam vero, pro *sua rebus gestis ampl.* licet plerique, ut ait recla- mant.  
12. *De H. S. XX.* Vulg. de LL. XX.  
13. *Ut tu scis.* Vulg. *ut scis.*

3. Ad